



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreae Coppensteinii, Ordinis Prædicatorum  
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ  
Calvino-Catecheticæ**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Moguntiaë, 1626**

Ad Qvæst. CXXIX. Quid sibi vult particula Amen?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35247**

lib. 2. contra Eunomium. Quo religiosius mihi debuit, ac cuius etiam debet placere ut retineatur. Hocque amplius: Quia in Missæ Sacrificio, pronunciata Oratione Dominica, Sacerdoti vox *Amen* relervatur eo, quod vice Christi respondeat populo, Deum exoratum esse; Et Christum, Heb. 5. *qui semper exauditus fuit pro sua Reuerentia*, communes omnium preces offerre Deo, *Amen*, id est, LXX: *Fiat: Aquilæ fideliter: aliis, Vere.*

AD II. Nec ego diffiteor: sectariis tamen singularitatis amantibus, & clausulam eam affectantibus, non ad stipulor: idque vel ob hoc ipsum.

### AD QVÆST. CXXIX.

*Quid sibi vult particula Amen?*

MINISTER cum Catechesi aiunt; 1. Rem certam Macratam esse: 2. Meam preceationem certius exauditam; quam ego in corde sentio, me cupere. Pa-

rochus mutot in *Esse posse*, docetque perpetuam dubitationem; in qua omnis fiducia in precibus proliis tollitur; aperteque contradicit Apostolo, & promissiones Dei vel irritas facit, vel incerras.

Si quando non exaudiamur, ratio nulla est alia, nisi, quod Iac. 4. *petitis, & non accipitis; eo quod male petatis.* At 1. Iohan. 5. *Hac est fiducia, quam habemus ad eum; Quia quodcumque petierimus secundum Voluntatem eius, audivit nos.* &c. tamen si aliquando, ait Augustinus, *videtur non exaudire; ut sanet & parcat in æternum.*

RESPONDEO. Eundem vsque cuculatum cuculat cuculus; & cornieulationem cornicula corniculatur: & Luthero-caluinista specialis fidei certitudinem affectate crepat, & præsumtuose spirat, dum ter infelix expirat: (Tu accipe verba) *docetque perpetuam Præsumtionem pharisaicam; in qua omnis spes & gratia Dei precibus proorsus tollitur: aperteque contradicit S.*

*Scripturæ; & promissiones Dei Conditionales irritas facit.*

Gloria sit Triadi, Diuisque; & Gratia Viuis.

F  
I X I  
S,

